



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Iani Gvlielmi Verisimilivm Libri Tres

Gvlielmus, Janus

Antverpiae, M. D. LXXXII.

Cap. XXV. M. Varro quinto De lingua Latina emendatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70877](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70877)

Indignum ciuitate hac esse viuere,
 nemo dubitabit, saltim non imperitissimus, rectè à
 te emaculatum,
 Indignum ciuitate ac sese viuere.

CAPVT XXV.

M. Varro quinto De lingua Latina emendatus.

MIRVM est quantulum mendum quantas saepe
 in bonos libros inuehat. vel hunc locum M.
 Varronis libro De lingua Latina quinto quis hacte-
 nus intellexit? Nam Flamen Dialis auspicatur vinum
 ut ius sit vinum legere, agna Ioui facit: inter cuius exta &
 Flamen prorsus vinum legit. Omnes certè ante
 hanc acciperunt iussisse Flaminem vinum legi, tum
 Ioui fecisse: quo nihil à sententia Varronis alie-
 nis, & manifestò arguunt vanitatem sequentia. Sed
 leuissimam erroris causam: syllabæ duæ coale-
 runt, quibus diuisis non meridiè clarior lux est, quàm
 huius loci sententia. Lego, & ut ius sit vinum legere. Ut
 faciat, inquit, & ius fasque sit vinum legere, flamen
 Iouis agna Ioui facit; tum ipse inter exta erectus vin-
 um auspicatur.

C IANI